


munienda erat ipsorum commissura annulo plumbeo, sed laxo satis ut eam undique leviter attingeret, ne sc. videri posset ipsam cohæsiõnem potiùs orbium roborare, quàm excursum illum lateralem cohibere. (Vid. Fig. 12. Num. 1.)

Fig. 12.



Minorum hanc efficaciam cùm effemus experti, protinus vitra specularia semovimus à nostris, eorumque bases orbiculares poliendas eidem Amico transmifimus, qui postquam id curâfset sedulò, ac ipsi nos deinceps indies terendo eas lævigâfsemus ampliùs, ab initio statim pondo 13, deinceps plura successivè sustinuerunt; acciditque ut inter terendum sponte se nobis objiceret remedium, prolapsum illum ex lubricitate lateralem, etiam sine ambiente annulo præcavendi. Cùm enim oleo pulverem ex smirite primùm, ad abrader-